



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

45. Membrorum Ecclesia vocabulo quid comprehendatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

Separatio spectat, concedere potest. *Hoff. c. cum Coningat nu. 1. de foro comp. ubi Butr. n. 1. vers. de Consuetudine autem Abb. n. 18. Bellam. n. 15. vers. sament certum est.* proinde impropria est Doctorum locutio, cum ajunt loca exempta constituitere territorium deper se: intelligendi enim sunt quo ad certos quosdam effectus & per modum cupidam comparationis. *Fel. d. c. graven. 2. in fin. Rob. conf. 31. n. 44. p. 3. Far. d. loco 100. § 7.*

QUÆSTIO XLIV.
Qualis sit privilegii exemptionis effectus.
SUMMARIUM.

1. Exemptio simpliciter per Papam concessa eximere solet ab omnibus excepto Papa.
 2. Multa Episcopo censentur reservata, quæ ei specialiter non adimuntur.
 3. Privilegia exemptionis monasteria, & eorum membra, non dicuntur eximere loca & castra, sive populum.
 4. Exemptiones sunt stricti juris, & in multis casibus Episcopi habent in exemptis jurisdictionem.
- E**xemptio simpliciter per Papam concessa eximere solet quidem ab omnibus excepto Papa, uti alio in loco scripsi. *lib. 2. quæst. 2. nu. 13.* nihilominus tamen multa Episcopo censentur reservata quæ ei specialiter non adimuntur, *Anchar. cap. post. nu. 45. vers. quod prob. de foro comp. § cap. 2. num. 10. ubi Franc. nu. 20. vers. quando Prælati de cons. in 6. Farinac. dec. 324. num. 5. part. 1.* Hinc est, quod exemptionis privilegia eximant quidem à subventionem, sed non à situatione & denominatione, *Puall. clem. 1. num. 44. de Privileg. Franc. d. c. 2. § statuto vers. sed adventu de cons. in 6. Farinac. d. dec. 324. num. 4.* Præterea, Privilegia exemptionis monasteria, & eorum membra, non censentur eximere loca & castra sive eorum populum, nec faciunt territorium separatum, sed exempti dicuntur tantum habere Jurisdictionem in personas, non verò in locis, & per exemptionem ubi *Gem. num. 5. Franc. nu. 3. vers. 5. Nota Anchar. num. 3. vers. 4. Nota de Privileg. in 6. Far. d. dec. 314. num. 6. Guiliel. de Monte laud. clem. Pastoralis num. 24. de re jud.* sunt enim exemptiones stricti Juris, uti abis ostendi. *l. 4. quæst. 4.* denique multis in casibus exemptione non obstante, ordinarium habere Jurisdictionem in exemptos, & plusquam centum casibus, recensit *lib. 1. qu. 45.*

QUÆSTIO XLV.
Memborum Ecclesiæ vocabulo quid comprehendatur.

Breviter ea comprehenduntur, quæ illi Ecclesiæ unita sunt. *DD. clem. 1. de excess. Prælat. clem. 1. ubi Imola. nu. 29. de Rescript. Corn. conf. 262. nu. 3. l. 3. Farin. dec. 324. nu. 9. part. 1.* Pars enim sine suo toto considerari non potest, *Præses loco à toto ad partem. Far. d. n. 9. DD. clem. de excess. Prælat. § in Clem. 1. ubi Imol. num. 29. de Rescript. Corn. conf. 262. num. 3. l. 3.*

QUÆ-